

igitur do-  
na impioru.  
ossa.

similia diceret. Deinde dicitur. In domum suam;  
vt nihil amplius eo die contra Iesum intentarent.  
Glossa moraliter exponit: Reuersi sunt in domum  
suam, idest in malitiam suam, nam malitia pro-  
pria iniquorum domus.

verticem tenuerunt, inde fuisse dicuntur. Vide tom. 1.  
lib. 3. cap. 6. quast. 10.



CAPVT XV.

Mulier adultera.

QVÆSTIO XVII.

Ostenditur quàm falsum fuerit Pharisæo-  
rum axioma: A Galilæa Propheta  
non surgit.

Ioannis 8. n. 1. Iesus autem perrexit in  
montem Oliueti.  
Num. 2. Et diluculo iterum venit in  
templum, & omnis popu-  
lus venit ad eum, & fe-  
dens docebat eos.

VERSIONES.

Vat. Pagn. n. 1. In montem Oliuarum.  
Græcus n. 2. Valde mane adfuit in tem-  
plo.  
Arias. Accessit in templum.

EXPOSITIO I.



ISTORIA hæc mulieris adulteræ,  
nequæ à Chrystom. neque Theo-  
phylacto exponitur, qui ait, quod  
in exactioribus exemplaribus aut  
non inuenitur, aut obelo confossa  
est. Tam en tempore D. Hieronymi, vt ipse testatur  
lib. 2. contra Pelag. in multis græcis, & latinis  
codicibus extabat, eamque recipiunt D. Ambro-  
sius Epistola 76. & lib. 3. de Spiritu sancto cap. 2.  
& alijs locis. D. Augustinus tractat. 33. in Ioan.  
D. Athanasius in Synopsi, Ammonius in Harmo-  
nia cap. 12. D. Greg. lib. 1. Moral. cap. 5. D. Prosper  
de Promissionibus part. 2. cap. 22. & hoc loco Se-  
dulus, Glossa, D. Thomas, D. Bonauentura,  
& alij communiter. Et res est hodie certa sine  
villa contouersia, nam hæc historia habetur in  
nostra Biblia vulgata approbata à Sacro Concilio  
Tridentino.

I.  
Chrystom.  
Theoph.

Hieron.  
Ambros.

August.  
Athanas.  
Ammon.  
Gregor.  
Prosper.  
Sedul.  
Glossa.  
D. Thom.  
Bonauent.

2.

Iesus autem. Tota die octaua, & vltima festi  
Tabernaculorum docuit Iesus Ierosolymis in tem-  
plo, vt patet ex superiori cap. 7. Ioan. Instante  
nocte ad splendidam cœnam Pontifices, ac Pha-  
risæi ad ædes suas se receperunt, cum autem ob  
principum metum nullus Iesum inuideret, Ipse  
perrexit in Montem Oliueti; vt ibi per noctem ora-  
ret. Glossa ordinaria, D. Thomas, D. Bonauent.  
Hugo, Caietan. D. Anton. Vlyssippon. in sabbato  
ante Dominic. 4. Quadrag. existimant petiuisse  
Marthæ domum, quæ in Bethania erat. Bethania  
autem ad radicem orientalem Montis Oliueti sita  
erat; ac proinde cum Euangelista dicat, perrexit  
in Montem Oliueti, idest in Bethaniam, quæ  
constituta erat in Monte Oliueti; tamen quamuis  
Christus aliquando excurreret ad proximam Be-  
thaniam, cœnæ causa. Matth. 26. num. 6. Ioan. 12.  
num. 2. tamen in præsentem, sicut & frequenter te-  
nendum, quod in Monte Oliueti noctes agebat,  
hoc simpliciter indicant verba Euangelistæ. Et  
Luc. 21. num. 37. dicitur. Erat autem diebus do-  
nens in templo: noctibus verò exiens morabatur in Monte  
Oliueti. Hanc eius consuetudinem sciens Iudas,  
hunc locum explorauit, vt eum proderet Iudæis.

Ioan. 18.

Cyrius.

Ioan. 18. num. 2. Hunc montem, seu hortum oli-  
uarum, tanquam nocturnum hospitium, seu ora-  
torium elegit Diuinus Magister, & sibi designa-  
uit sex mensibus ante mortem, vt ibi pernoctans  
oraret. D. Cyrius lib. 5. in Ioan. cap. 14. ponderans,  
cur potius Christus in hoc monte orauerit, quam  
in alio, ait: Mons verò Oliueti, & altitudinem, &  
copiam diuinæ significat misericordiæ per filij Dei  
in carne aduentum nobis affluenter ostensa. Olei nomi-  
ne in Scripturis Dei misericordia sæpius exprimitur.  
Quod multis prosequitur. Cum Dominus esset in  
Monte Oliueti, cibus ei, vel à Martha ex vicina  
Bethania submissus erat, vel à discipulis Ierosoly-  
mæ cœmptus.

3.

Et diluculo. Id est summo mane diei subsequen-  
tis ad festum Tabernaculorum. Iterum venit. Ho-  
minum salutem ardentem sitiens, colligationes  
Pharisæorum contra se nil curans. Venit in tem-  
plum. Hugo: Quia ibi, ait: Multitudo congre-  
gatur, & quia ibi erat locus docendi: & vt pa-  
lam se Pharisæis ostenderet, quasi ipso facto de  
pertinacia eos argueret, eo quod ei insidiabantur.  
Et omnis populus venit ad eum. Notatur & auditorum  
diligentia. Maximè enim omnes Christi do-  
ctrina, ac verborum efficacia commouebantur.  
Omnis populus manebat, id est summo mane ibat  
ad eum id templum audire eum, Luc. 21. num. 37. Et  
sedens docebat eos. In die magno festiuitatis stabat,  
ac clamabat, supra Ioan. 7. num. 37. In præsentem se-  
dens docet, quando enim aliquid vehementi, ac  
alta voce dicendum erat, stabat, vt inter nos  
frequenter fieri solet. Rupertus lib. 8. in Ioan.  
De præterito, inquit, stabat Iesus, an Euangelista,  
& clamabat, nunc autem sedens docebat, quia vide-  
licet sic futurum erat, vt prius stans in passione ago-  
nizans clamaret, & postmodum gloriam suam in-  
gressus, atque ad dexteram Patris residens missis Spi-  
ritu veritatis doceret nos omnem veritatem.

Hugo.

Luc. 21.

Ioan. 7.

Rupert.

Ioan. 8. n. 3. Adducunt autem Scribæ,  
& Pharisæi mulierem in  
adulterio deprehensam,  
& statuerunt eam in me-  
dio.

Num. 4. Et dixerunt ei: Magister,  
hæc mulier modò depre-  
hensa est in adulterio.

VERSIONES.

Græcus n. 3. Adducunt ad eum.  
Arias n. 4. Hanc inuenimus in ipso  
furto adulterantem.  
Pagn. Caiet. Deprehensa est in ipso fa-  
cto cum adulteraretur.  
Vatablum. Deprehensa est in ipso fa-  
cinore adulterium com-  
mittens.  
Euthymius. Hanc inuenimus actu  
adulterium perpetrante.

EXPOSITIO II.

4.

ADDUCUNT autem. Ad eum  
legit Græcus. Cum Christus præ-  
dicaret, & populum doceret. Scribæ,  
qui legis doctrinam, & Pharisæi,  
qui legis, ac religionis obseruan-  
tiam profitebantur: & isti inter se ad malum, vt

decipiant, & tentent, facile coadunantur. Ve-  
niuntque cum multa turba; quæ simul venerat,  
vt videret, & audiret; semper enim populus no-  
uitatis audis est. Mulierem in adulterio deprehen-  
sam. Adducunt eam multo cum gaudio. Ericus  
in humiliatio: Cum inuenissent, ait, mulierem  
in adulterio, exultant. Mali gubernatores, mali  
principes in subditorum delictis, ac pœnis lætitiæ  
causas inueniunt. Statuerunt eam in medio. Ita vt  
mulier ab omnibus videretur, & sententia IESVS  
ab omnibus audiretur. Hugo, vt Christi respon-  
sis omnes obuiarent, & contradicerent. D. Thomas,  
In medio. Personam peccantem repræsentant vt  
magis eum ad misericordiam commoueant, vt in-  
de eum valeant accusare tanquam legis transgres-  
sorem.

Ericus.  
Iniqui guber-  
natores lætæ-  
tur in delictis  
subditorum.

Hugo.  
D. Thom.

5.  
August.

Et dixerunt ei. Cum ipsi essent iudices, accusa-  
toris munus suscipiunt, vt D. Augustin. Epist. 54.  
notat; inique cum à culmine sui honoris se demit-  
tunt, sine dubio alijs laqueos tendunt. Magister.  
Blandè alloquuntur, vt verborum lenocinio capi-  
ant. Sicut frequenter faciunt. Matth. 22. num. 16.  
Mollis sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt  
iacula. Psal. 54. num. 22. Præsentem nunc vocant  
Magistrum, quem, vt ait D. Cyrius lib. 5. in  
Ioan. cap. 15. Improbis vocibus populi seductorem  
esse delatant. Ioan. 7. num. 12. & 47. Varium in-  
iquorum os vnum à facie, alterum à tergo profert  
verbum. Hæc mulier. Vt ait Albertus Magnus.  
A molli nomen habet; cum eam accusare velint,  
præter suam intentionem in ipso nomine excusa-  
tionem assignant. Modo deprehensa est. Ex Græco  
legitur. In ipso facto, seu actu adulterans reperta  
est. Vel quia ipsi Scribæ, & Pharisæi hanc in cri-  
mine reperierunt; & sic legunt Arias, & Euthym.  
hanc inuenimus. Vel quia per testes conuicta est;  
vel quia à suo marito deprehensa est, qui eam ad  
Scribas, & Pharisæos tanquam ad iudices dedux-  
it, vt condemnaretur, qui ex composito eam ad  
Christum deferunt. In adulterio: vt nulla ratione  
negari possit. Notat D. Thomas, quod ex tribus  
culpam exaggerant, quæ Christum commouere  
poterant à sua mansuetudine. Primò. Ex culpæ  
nouitate: vnde dicunt: modò; nam quando est  
antiqua non tantum mouet, quia fortè præcessit  
correctio. Secundò deprehensa, ita vt non possit  
se excusare, excusatio enim familiaris mulieribus.  
Tertiò ex culpæ grauitate, in adulterio, quod est  
execrabile nefas.

Matth. 22.  
Psal. 54.

Cyrius.  
Ioan. 7.  
Iniqui vnum  
dicunt in fa-  
cie alterum  
in tergo.  
Alb. Magnus

Cum accu-  
sant, excu-  
sant.

Arias.  
D. Thom.

QVÆSTIO I.

Quare Scribæ, & Pharisæi veniunt con-  
glomerati cum multa turba mulierem  
adducentes, postea vero vnus post vnum  
singillatim discedunt?

CONCVRVNT Scribæ, & Pharisæi  
cum multa turba totius ciuitatis, vt est  
communis interpretum vox, mulierem  
adulteram ad Christum adducentes; at verò postea  
Christi responsione confusi: Qui sine peccato est  
in illam lapidem mittas: subdit Euangelista, vnus  
post vnum exiit. De quo latius inferius suo loco.  
Si omnes venerunt simul colligati, imò & exul-  
tantes lætitiæ, vt ait Ericus Abbas datus in expo-  
sitione, cur sic singillatim recedant vnus post vnum?

6.

Homo pronus  
ad accusan-  
dum, difficilis  
ad remitten-  
dum.

Conueniunt omnes cum mulierem adducunt, nam tunc eius crimen diulgabant, eamque vt potè in actu adulterij comprehensam accusabant; recedunt autem, vt libera, & soluta fuit mulier. Cum autem accusatio sit valde proportionata, & procliuis humano ingenio, ad illam alacriter concurrunt Scribæ, & Pharisaei cum omni ciuitatis turba. At vera solutio, & dimissio, vt potè ægra, & dura homini, tanquam in re difficili vnus post vnum abiit.

Ad sacramentum pœnitentiæ duæ conueniunt persona; Pœnitens, & Sacerdos, & ex vtriusque parte Spiritus sancti virtus interuenit; ex parte pœnitentis definit Concilium Tridentinum, sess. 6. canon. 3. Sine proueniente Spiritus sancti inspiratione, hominem non posse pœnitere, sicut oportet. Quantum verò ad Sacerdotem aperte Christus Dominus dixit, nam instituens Sacramentum: *Inflantur, & dixit Apostolis, accipite Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis, &c.* Ioan. 20. num. 22. Cum instituit Sacramentum insufflando dat Spiritum sanctum. D. Augustinus lib. 4. de Trinitat. cap. 20. In Apostolos insufflans, ait, *Dominus, eisque Spiritum flatu donans indicauit.* Tolertus in commentat. Vt autem, ait, signo exteriori significaret se interius illis Spiritum sanctum communicare, insufflans in eos: vt per flatum exteriorem cognoscant interius Spiritum sanctum infundi. Si in viroque Spiritus sancti virtus adest, cur quando Sacramentum instituitur, signo exteriori denotatur in sacerdote potius, quam in pœnitente? In sacramento pœnitens conuenit accusans, peccataque manifestans, ac Sacerdos absolvens, & remittens. Accusatio homini valde facilis, & prona, indèque nulla diuini Spiritus infusionis exterior nota ad hoc in eo pro tunc necessaria visa est; maximè verò requisita in ministro, cum absoluat, quod homini multum repugnat, idèoque vt crederetur signo exteriori diuinitatis flatu Spiritum sanctum Apostolis Christum communicat. Vt signo exteriori significaret se interius illis Spiritum sanctum communicare.

8. Apparuit Deus Moyfi in Monte Sinai, totisque montis fumabat; in aëre verò ceperunt audiri tonitrua, micare fulgura, & clangor buccinæ vehementius perstrepebat, ac paulatim crescebat in maius, Dominusque in densa nube descendebat. *Moyfes autem accessit ad caliginem, in qua erat Deus.* Exod. 20. num. 21. Confer modò hæc cum his, quæ acciderunt in Horeb. Cum videret Moyfes, quod rubus arderet, & non conbureretur, ex quodam vehementi desiderio rem videndi, magno impetu cucurrit; cui clamans Deus ait: *Ne appropies huic.* Exod. 3. num. 5. Cum Deus adest in Monte Sinai in multa Maiestate apertus aditus conceditur Moyfi. In Horeb verò intercluditur. *Ne appropies huic.* In Sinai, vt notant Abulensis, & Caietanus, *apparuit Deus, vt legislator, & iudex.* Vt legislator præscribens leges, vt iudex transgressoribus assignans pœnas. At in Horeb, vt ipsemet Dominus dixit. *Sciens dolorem populi mei descendi vi liberem eum.* Exod. 3. num. 8. In Sinai tribunal iudicis constituit Dominus, & tunc promptus, & expeditus datur aditus Moyfi, vt ipse de populo conquerens conueniat, quod solus non potest sustinere pondus illius, eo quod gens duræ cervicis sit; ac verò cum ad illius libertatem descendit Deus; magna tunc offertur ne appropiet difficultas, ipse enim accedens obstacula exponet, obiectioequè interponet. *Non credent*

*mibi, neque audient vocem meam.* Exod. 4. num. 1. Exod. 4. Et iterum: *Non sum eloquens ab heri, & nudius tertius ibid. num. 10.*

QVÆSTIO II.

Quare nec de homine mulieris, nec de adultero aliqua fit hic expressa mentio?

**A**DDVCTVR hæc mulier ad Christum, & tamen eius nomen, ac parentum omnino taceretur; non dicitur hæc talis nomine mulier, vel hæc illius filia, sed tantum mulier nuncupatur. Non sic deprauati senes erga Susannam. *Dixerunt coram populo: Mittite ad Susannam filiam Helciae uxorem Ioakim.* Daniel. 13. num. 29. In vtroque casu iniqui adstant iudices, & tamen in adultera proprium nomen, ac parentes prætermittunt, omnia verò in Susanna exprimunt: Castitas ex omni circumstantia condecoratur, ac nobilitatur, ideo vt de persona valde insigni suum nomen, ac parentum in Susanna scribitur, qui inter viros Iudæ valde illustissimi ipsi extabant, vt notant D. Hieron. Theodoret. D. Thomas, Lyran. qui ait: *Susanna describitur à nobilitate generis.* At luxuria ex omni circumstantia deturpatur, sicque Adultera, vt mulier ignobilis, & sine nomine, ac genere introducitur, vel quia virginitas reddit filios suis parentibus notos, quos luxuria facit extraneos, vel quia Dei nutu senes Susannam accusantes, cum Helciae filiam dicunt, eam ab omni labe puram fatentur. Nam Helcia idem valet, ac pars, seu portio Domini, vt ait Arias de interpretat. nominum.

Secunda questionis pars inquirat, cur adulter non adducitur? cum secundum legem Leuit. 20. num. 10. Deuter. 22. num. 22. eadem esset pœna plectendus? Respondet primò Lyran. Potest dici, quod per hoc noluerunt ponere suspicionem in corde populi, quod fuisset aliquis discipulus eius, & ideo non adduxerunt eum ad eius iudicium. Contrarium tenendum est. Nam Iudæi maximè affectabant Christum diffamare, si inuenissent aliquem discipulorum eius in tanto crimine, illum maximè publicassent, ac produxissent in medium, quatenus crimen discipuli in magistrum redundaret; sicut enim filius sapiens est gloria Patris, sic bonus discipulus est sui Magistrum honor.

Secundò Carthusian. Quia Scribæ, & Pharisæi maiorem in muliere, quam in viro Christum calumniandi se materiam habituros præsumebant. Christum facilius sperabant mulieris, quam viri commiseratione ab statuta lege rectoque iudicio discessurum. Valdè enim conuetum est iudicibus magis fœminis compati, illisque facilius indulgere, quam viris; in eis enim fragilitas est maior, carnalitas fortior, intellectus debilior. Quòd confirmari potest: quia ideo non tantum questionem de muliere adultera proposuerunt, vt alibi fecerunt. *Si licet homini dimittere uxorem suam, quæcumque ex causa?* Matth. 19. numer. 3. Sed mulierem in adulterio deprehensam statuerunt coram Christo, vt eius aspectu commoueretur ad pietatem. Plus mouent visa, quam exposita, & audita. Vide super, cap. q. 16. num. 149. & 150.

Tertiò Maldonatus. Non adulterum, sed mulierem

mulierem adducunt Scribæ; solent enim viri, aut vi, aut arte se se proripere: fœminæ sexus imbellis facile tenetur; ad similitudinem viri senes illi Susannam aculeant, suum mendacium compositurunt; adolescentem, qui cum ea simul aderat, vt pote qui ipsi fortior erat, capere non potuissè; Susannam autem tenuissè. Daniel. 13. num. 39. 40. Sic frequenter contingit, vt homines huius sæculi sint fortes in mites, humiles autem, & mansueti in fortes. Vide tom. 3. cap. 8. q. 4. num. 22. 23. & 24.

13. Quarto Lyran. Quòd fortè Adulter erat diues, vel aliquis vir magnus, & potens, & ideo precioso seu potentia se liberauit; mulier verò pauper, & ideo deprehensa adducitur. O quàm frequenter huiusmodi peruersitas in iudicibus inuenitur: Ait Reginus Vates Psal. 81. num. 1. *Deus stetit in synagoga Deorum; in medio autem deos diudicat.* Deos, id est iudices, & potentes sæculi, vt communiter interpretantur Patres. Et quid cum eis agit? *Vsquequo iudicetis iniquitatem?* Hoc est iudices estis iniquitatis. D. Hieron. *Qui iudicat iniquitatem, iudex iniquitatis est.* In quo est huiusmodi iniquitas? *Facies peccatorum sunt ius.* Brunon. *Ac si dicat. Si uenerit pauper habens iustum negotium, & iterum diues habens peruersum, vos personam aspiciatis, non negotium:* Subdit Psalmista. *Iudicate, egeno, & pupillo, humilem, ac pauperem iustificare.* Explicat Arnobius: *Non iudicatis pupillo, & egeno, humilem & pauperem non iustificastis.* Cardinalis Hugo. *Iustificare, id est iustum creditè pauperem, & iustum predicare. Non ut iniustum condemnate.* Valdè difficile est, vt homines sibi persuadeant, & credant pauperem esse iustum, & vt talem eum dicant, & non condemnent.

14. Conclaudit Reginus vates. *Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulat.* Horum iudicum ignorantiam maximè triplici verbo exaggerat. *Nescierunt, neque intellexerunt in tenebris ambulat.* Tanquam cæci è lege, à recta ratione, ac iustitia; Et quid tandem sequitur. *Monebuntur omnia fundamenta terre.* ibidem num. 6. D. Hieronym. *Propter malos,* ait, *iudices terre fundamenta quatuntur.* Hoc enim malo iudice totus inuertitur, & concutitur orbis; Dives, qui dignus erat vt supprimeretur, exaltatur; & pauper benemeritus vt sublimaretur, deiecitur, & suffocatur, omni à recto ordine perturbantur.

15. Fornicatus est Israel cum Madianitis, inter quæ scelera cum vnus Israelita ingressus est ad scortum Madianitidum, quòd cum vidisset Phinees, zelo Domini succensus arrepto pugione vtrumque simul perfoedit. Ob quòd factum summi sacerdotij donum ei, ac semini eius concessit Deus. *Ece do ei pacem fœderis mei, & erit iam ipsi, quam semini eius pactum sacerdotij sempiternum.* Num. 25. num. 13. Cum luxuria in hoc crimine feruisceret Israel ex Domini iussione mandauit Moyfes. *Dixitque Moyfes ad iudices Israel, occidat unusquisque proximos suos.* ibidem. num. 4. Et postea subdit textus. *Occisi sunt viginti quatuor milia hominum.* Et tamen ipsi iudicibus, qui tantam stragem ediderunt, nulla laus deferatur, nullum donum eis pollicetur. Cur Phinees pro duobus interfectis summo opere multis encomiis extollitur, magnòque munere sublimatur? Cum tamen iudicibus, qui tot milia hominum peremerunt, nulla laus, nullaque remuneratio deferatur. Nota quòd cum textus ait: *Occisi sunt viginti quatuor milia hominum.*

Arabic. Addit Arabicus de populo. At eos, quos Phinees interfecit, erant principes. *Erat autem nomen viri Israelita, qui occisus est cum Madianitide, Zambri filius Salu, dux de cognatione, & Tribu Semeonis.* Porro *Mulier Madianitis, qua pariter interfecta est, vocabatur Cozbi filia Sur Principis nobilissimi Madianitarum.* ibid. n. 14. Et quòd iudices de populo interficiant, res valde frequens, & vitata, & quòd ad principes, & magnates gladius extendatur, omni gloria, & laude decantandum. Petrus Damianus lib. 1. Epistol. 7. *Ecce hic Phinees, ait, diuini Spiritu zelo succensus, non in despectos quoscumque, vel infirmos diuine legis propugnator insuluit: sed excellentiores, & clariores in populo, quos ad terrendam cateros, trucidaret, elegit, & qui tales commotus despicitur, pacem superni iudicis, & gratiam non modo sibi, sed & populo promeretur.*

16. In lege autem Moyfes mandauit nobis, huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum, vt possent accusare eum. IESVS autem inclinans se deorsum digito scribebat in terra. Mandauit nobis, eas, quæ sunt huiusmodi, lapidare. Et huiusmodi lapidarentur, tu ergo quid ais de illa? Vt haberent occasionem aduersum eum. IESVS verò deorsum inclinatus. Scribebat in terra non fingens, seu non dissimulans. Scribebat in terra, non sibi attrahens.

EXPOSITIO III.

**I**n lege, Christum tentantes Scribæ, & Pharisaei legem non abscondunt, sed Christo præsentant. De quo quæst. sequenti. *In lege.* Scilicet nobis data Moyfes mandauit huiusmodi lapidare, seu lapidari, vt habent aliqui codices Græci Leuit. 20. num. 10. Deuter. 22. num. 22. iubentur adulteri occidi, occisionis autem genus nec declaratur, nec exprimitur; tamen ex simili lege, quæ præcipiebat sponsam fornicantem lapidari Deuter. 22. num. 24. Rectè inde intulerunt Doctores, vt vxores adulterantes, cum earum crimen sit maius, lapidandas esse; Hinc Susannam quasi adulteram senes lapidare voluerunt. Daniel. 13. num. 62. Nota, quòd dicunt; *Mandauit nobis.* Quamuis Scribæ, & Pharisaei essent iniqui iudices, tamen fatebantur, quòd lex eis mandabat, non autem quòd ipsi dominarentur, ac imperarent legi. Tu ergo quid dicis? Inquirunt tam de